

*firmit. iii. l. sciendum. ff. de appellat. recip. c. non solum. de appellat. lib. 6. Covarr. in pract. quass. cap. 23. per totum. & cap. 24. plurimos citat Lancelot. de attentat. 3. part. 22 cap. 21. à n. 14. & 3. part. cap. 30. num. 33. & per totum. sed sic est, quod hætenus nec visum, nec auditum est, ut in aliquo Hispaniæ tribunali hæc cognitio, & attentati revocatio præcederet articulum principalem violentiæ, sed semper cum eodem articulo principali, quo virtualiter inest, decernitur, de quo attentato quidem judicatur pariter, ac de aliis, quæ gessit iudex Ecclesiasticus ante recursum Regium invocatum, & ante ordinariam intimatam, ejusque revocatio pendet à futuro eventu, & regulatur à natura, & qualitate appellationis. Etenim si appellatio legitime proposita reperitur in Senatu per actorem inspectionem, eum declaratur, vim fieri, deferrique, & reponi, quæ post appellationem iudex fecerit, hæc attentata tanquam gesta post eam includuntur. & eodem jure reponuntur quo alia attentata, antea gesta, non virtute recursus pendentes, quia id nec operatur, nec potest (ut hætenus satis evidenter probavimus) sed vigore appellationis legitime, quæ tacite illum produxit effectum suspendendi, & faciendi illicita cuncta quæ post eam gesta fuere.*

24 Quia cum ultra appellationem nihil extrinsecus accedat, quod de juris rigore suspendat jurisdictionem iudicis Ecclesiastici, cum hoc nullo modo operetur querela, seu recursus ad Regem (prout dictum est) debent huiusmodi processus interim per eum gesti iustitia vel injustitia, à natura, & potentia appellationis pendere: quia ut eleganter dicit Innocent. in c. dilecti, el. 3. de appellatio. quod gesta post appellationem, dicuntur provenire ex natura ipsius appellationis, quod menti tenendum dicit Philipp. Franc. ibi nu. 1. q. 1. notabile dicit Lancelot. de attent. 3. p. c. 2. n. 27. quare nihil mirum ut eorum vocatio pendeat à futuro eventu, ut in similibus terminis docuit Rot. decis. 28. alias 187. licet fide de appellat. in novis. & decisione 13. alias 94. si iudex de appell. in novis. & decisione 40. alias 451. not. si iudex, de appellat. in antiquis, & post alios Philipp. Franc. in cap. personas, sub n. 4. versiculo septimo aliquando iudex, de appellat. Lanf. decisio 30. incipit si appellans, Lancel. Robert. de attent. 3. p. d. cap. 21. à n. 29. & seq. ubi dicunt, quod si iudex præfixit terminum appellanti, ad prosequendum, & docendum de prosecutione, & ille iusto impedimento cessante, infra terminum non docuit, quia exequutio per iudicem interim facta non revocatur per viam attentati, sed beneficio iustitiæ, & expectatur eventus causæ appellationis, quia si obtinuerit, infirmari sententiam, cassabitur exequutio.

26 Interim tamen dum non discernitur articulus violentiæ, hic processus per iudicem gestus est in indifferenti, & in incerto quod mirum non est, quia incertitudo, quæ verificari, ac declarari potest ex futuro eventu, sustineri non est dubium: text. est in liquidam relegat. ff. de rebus dubiis, ubi gl. D. & communiter Doctores, & in l. id quod pauperibus, C. de Episcop. & clericis, quapropter verè affirmandum est, ut recursus Regii pendet à per se non possit operari virtutem inducendi attentatum, & nullitatem. Et quia ideo etiam modò judicatur de iis attentatis, quæ sunt interdum; medio tempore dum disceptatur, an appellatio sit admittenda, ac de iis, quæ intra terminum ad appellandum, & post appellationem gesta fuere, text. in l. unie. in princ. ff. nihil novar. appell. pend. ibi, quoad deliberetur, utrum recipienda sit appellatio, an non: per quem text. gloss. in l. appellatione, in verbo deliberationis, C. de tempor. app. Bald. & post eum Jaf. in l. 2. n. 1. not. 1. C. de honor. poss. secund. tabul. Lancelot. post alios de attent. 2. p. c. 12. amplia. 19. n. 1. ergo eodem tempore reponenda simul.

28 Quintò, & ultimò pro hac parte facit elegans ratio, quoniam si propter Regii recursus pendentiam alio non considerato, scilicet; abstractam à natura, & effect-

tu appellationis; processus factus ab Ecclesiastico nullus fuisset, & attentatus; sequeretur exinde, quolibet decreto lato per Senatum, etiam vim non fieri: adhuc ille actus remaneret nullus (prout diximus de attentatis pendente appellatione) quia etiam post illius desertionem durans, vel etiam post illius renuntiationem tacitam, vel expressam appellationis & ut talia attentata reponi, peti potest: latè Lancel. de attent. 2. p. c. 12. ampliat. 1. à princ. & ampliat. 2. per totam, vide etiam ampliat. 3. quod in nostro casu minus dubium foret, quia Senatus decretum non facit instantiam circa admissibilitatem appellationis (quia de ejus iustitia non se intromittit) respectu iudicis ad quem, quominus queat iure super illius admissione, vel non admissione disceptare; sed tantum respectu iudicis à quo, qui virtute ejusdem Regii decreti detulit appellationi, & per delationem, sive iustam, sive iniustam, abdicavit à se jurisdictionem cap. cum appellat. friv. de 3 appellat. libro 6. ac ideo donec sibi à superiori causa remittatur iterum, non poterit in ea procedere (ut alibi latius explicavimus) ac ideo si à principio ejus respectu fuisset nullus, semper nullus remansit, nec potuit tractu temporis convalescere, juxta juris regulam.

Et sic sive Senatus, tanquam factum in ejus contemptum, illum potuisset nihilominus reponere, vel saltem iudex Ecclesiasticus superior; ad quem pro appellatione prosequenda recurritur; potuisset utique tanquam nullum ipso jure annullare, & revocare, & de eo imprimis cognoscere ad hunc effectum: sed horum neutrum huculque auditum, visum, nec practicum est, nec in supremis Regiis prætoriiis; nec in tribunalibus Ecclesiasticis de eo articulo dubitatur, opponitur, aut disceptatur: ergo manifestè sequitur de primo ad ultimum, ut gestum recursum pendente per iudicem Ecclesiasticum, nec sit nullum de jure, nec recursus de per se solus consideratus potest jurisdictionis inducere suspensionem; sed totum relinquatur, & attribuitur articulo principali, hoc est, qualitati appellationis, ut si iusta, & legitima reperitur & vim fieri decernatur, hoc idem tanquam post illam gestum sub repositionis decreto includatur: è converso autem non. Et ita tenendum, prout communiter tenetur, practicatur, & firmiter observatur apud omnia suprema Regis tribunalia Hispaniarum, à qua tot fulcita invincibilibus fundamentis, tamque juri consona recedendum non est.

Hoc idem sentire reperio Cæned. in collecta ad de 33 cretal. collect. 17. in fin. ubi tractat, ad iudici intimata ordinaria Regia provisione, possit nihilominus taxare expensas, in quibus reum condemnaverat in sententia; qui quidem dicit, pro resolutione recursum esse ad Capel. Tholof. decis. 495. n. 2. Ant. Gabriël. lib. 3. comm. opinion. tit. de reg. jur. conc. 3. n. 50. Maran. Guid. Papæ, & Lancelot. de attent. 2. p. cap. 12. limit. 11. per totam, ubi latè tractant post plures alios, an, & quando iudex possit, appellatione pendente, expensas huiusmodi taxare absque vitio attentati; ergo clarè sentit ipse Cæned. quod ad judicandum, an gesta ordinaria intimata, sine regulanda ex negotio principali, & natura, atque qualitate appellationis, non autem attribui hanc potestatem pendenti Regio recursum; quod verum est, prout probavimus hætenus.

Unum tamen scias, quod licet processus à iudice; & Ecclesiastico factus, postquam sibi intimata est prædicta provisio Regia, non sit nullus, nec ut attentatus de per se, & principaliter revocetur, sed pendeat ex futuro eventu (ut dixi, quia ejus jurisdictioni nullo pacto potest dici suspensa de rigore juris loquendo); tamen de urbanitate ipse iudex tenetur acquiescere, & supercedere, postquam Princeps manum super violentiæ cognitione apposuerit propter decorem, & honorem tantæ majestatis præsentis debitum; quod si aliter fecerit, licet gesta

gesta non subjeant periculo attentatorum, nec ut talia reponantur statim, nec revocentur, tamen frequenter solet Senatus supremus iudicem multare propter ejus irreverentiam, & audaciam, decorem proprium, & respectum amissum vindicandi causa, prout ego non semel practicum vidi in hoc Regio Gallico Senatu, quod iustissima ratione sit. Etenim si inter duos rixantes quidam nobilis occurrat ensem, & pacem opponendo, si insuper aliquis eorum prolixè persistat, atque tenaciter perseveret in alterius injuria, & oppressione in dedecorem manum, & pacem apponentis, iustè poterit illi nobilis irasci, & omnia principali rixa, & propriam injuriam vindicando, audacem percutere, & castigare; prout in dies contingere solet: ac ideo iudex Ecclesiasticus, licet de jure ejus non sit suspensa jurisdictioni, tamen ex urbanitate ipse se continere debet, sèque ipse eadem debet adstringere, & ligare.

36 Uterius etiam notandum erit, ut in uno casu possit iste iudex Ecclesiastici processus pendente recursum, nullus fieri, puta, quando omnia acta integraliter, fuisse traducta jam ad Regium Senatum (ut assollet originaliter) & iudex illis non visis, processerit ad aliquem actum, qui de necessitate requirit causæ cognitionem & actorem inspectionem, purè ad sententiam diffinitivam, vel quid simile, quia tunc non visis actis (cum præ manibus non habeat) sententia est nulla ipso jure, non ex capite recursus pendens, sed ex defectu actorum, & causæ cognitionis, Jaf. in l. iudices, n. 2. C. de judic. Federi à Senens. in tract. de sent. à n. 3. Alexan. consil. 123. n. 24. l. 4. pulchrè & latè Vant. de null. sent. c. penult. n. 32. & 33. exactè Ant. Gabriël. tit. de sent. concl. 6. n. 5. & 6. Achil. decis. 2. n. 4. de filiis presbyt. Put. dec. 344. l. 1. Avil. in cap. 5. præ. gl. verb. tr. abaje, n. 8. & 9. qui alios plures allegat, qui in fortioribus terminis loquuntur, quando iudex protulit sententiam in tam brevi tempore, & tanta festinatione, ut verisimiliter possit dici, illam tulisse non visis actis, ac propterea nulla est ipso jure, ac ideo si vim fieri decernat Senatus, etiam hæc sententia reponenda est, sicut alia acta facta post appellationem, ut supra diximus.

38 Attamen super hac nullitate nihil tunc se potest intromittere Senatus, quando declaravit, vim non intulisse in articulo violentiæ, qui tunc pendeat quia nulla via potest, de illius repositione tractare, sed omnino spectat iudici superiori, licet sit nulla; & pars, contra quam est lata, comparans coram eodem Ecclesiastico iudice, ob nullitatem ab ea appellabit, & protestatus auxilium violentiæ, iterum traducto de novo processu vim fecisse, non deferendo indubitanter declarabitur, quoniam sententia nulla non meretur executionem.

39 Et ad terminos hujus proximæ doctrinæ reducenda est l. Regia 36. tit. 5. lib. 2. recopilat. supra adducta pro fundamento 3. contrariæ partis in illis verbis: Para que el proceda, y haga justicia, quoniam licet de jure non sit illius suspensa jurisdictioni; tamen de facto impeditum est ejus exercitium, quia deficientibus actis, & absentibus, non poterat procedere in causa, nec facere iustitiam partibus, non secus ac si tabellio, vel litigans, seu quidam alius processum detineat, & occultet, ita ut etiam compulsus nolit exhibere; quia hoc impeditum; quod de facto provenit, sufficiens est ad differendum cursum negotii, quia actis non visis ferre non potest sententiam (ut dictum est) ejus tamen propterea jurisdictioni non est suspensa, & sic rectè dicit d. l. remitan luego el proceso al juez, &c. para que el proceda, &c. hoc est, ut amplius actorum defectus non illi impediat procedere, quæ optima est ad illam legem declaratio, ultra aliam, quam ad argumentorum repositionem reddemus.

40 Quo etiam sensu accipiendus est Ozaf. de decis. Pedem 30. n. 18. ad fin. quem citavimus supra, in 6. argumento Salgado de Protec. Reg.

ment. contraria partis, qui dicit quod ex hoc recursum, & actorum traductione ad Senatum non aufertur iudici jurisdictioni, licet differatur; quia illius differtur exercitium, non jure operante, sed accidentia facti, quia illo medio tempore, quo absunt acta, non potest ad omnes actus indistinctè procedere, quia ut plurimum requirunt eorum inspectionem, quo satisfactum remanet sextum argumentum contrariæ partis.

Quibus sic suppositis, non obstant argumenta pro contraria parte adducta. Et non primum ex cap. lator. qui filii sunt legitimi. Cui responderetur; quod illa suspensio causæ principalis provenit ex natura articuli incidentis, qui tanquam præjudicialis operatur suspensionem causæ principalis, etiam si idem iudex de eo sit cogniturus, de quo nos exactissimè agimus infra, 2. part. cap. 18. à princ. ubi multa scitu digna congestimus in proposito; ac iste articulus violentiæ non est præcisus, sed est in voluntate partis, illo uti, si voluerit, ideo non suspendit causam principalem, nec illi est præjudicialis, sed multum favorabilis, quia tendit in faciliorem causæ expeditionem, ut sæpè diximus ex d. c. pastoral.

Nec obstat secundum ex d. c. pastoral. & d. cap. ut no. 42. frum: quia loquuntur in avocatione jurisdictionis facta per Principem à suo iudice inferiori: quia iudicium solvitur vetante eo, qui iudicare jussit, l. iudic. solvi. ff. d. jurisd. omni jud. ac propterea cum inferior ex avocatione jurisdictione careat, nihil mirum, ut ab ea gesta subijciantur vitio attentatorum, ut latè Lancelot. loco citato in d. arg. 1. quod multum aberrat à natura nostri Regii recursum.

Nec obstat tertium d. l. Regia 36. in illis verbis, ibi: Para que el proceda, y haga justicia, quia ultra congruam declarationem, quam illi nuperimè assignavimus in n. 30. & 40. amplius responderetur, quod cum in hoc articulo violentiæ non aliud tractatur, nisi an iudex jure processerit, pendente appellatione ab eo interjecta, vel an illi sit in posterum impediendus processus, obstante d. appellatione; ideo nihil mirum, ut illa minus legitima reperta, reddatur processus, ut procedat, quia nullum est inventum impedimentum, non tamen ex hoc sequitur, quod interim suspensa ejus fuerit jurisdictioni, ut superius diximus.

Nec obstat quartum, de recursum ad Regem pendente, ut suspendat secundum Doctores in eo allegatos; quoniam contraria opinio, ut scilicet, non suspendat, longè vetior est, & receptior, prout diximus, & probavimus supra, in 1. fundam. hujus 2. p. & resolutionis, n. 10.

Nec obstat quod ibi diximus ex Fran. Mar. d. dec. 83. num. 1. & 2. ut facta citatione suspendatur iudicis jurisdictioni; quia verum est supposito prius, quod recursus sui primæ natura attentata, non facit litem, ut testatur ipse Fran. Mar. in q. Delphi. decis. 624. queritur super literis, num. 7. post Bald. in auth. quæ supplicatio, Cod. de preci. Imper. offer. & alios per eum citatos: idem etiam tenet Lanc. Rober. de attent. 2. p. c. 19. n. 19. & 20. ac ideo non considerantur attentata, quæ regulariter sine lite non dantur. Lancel. ibi. Castiad. decis. 6. volue. 46. rum Domini. n. 2. super regul. Cancell. & necessariò præsupponit litem stare Paleot. decis. 222. Marti, ad med. ac cum per citationem illius alteretur natura, quia per eam proculdubio regulariter inducatur litis pendentia, ex his quæ Lancel. de attent. 2. p. c. 4. de attent. lite pendenti. in præfatio. n. 28. & nos latius dicemus infra, 2. p. cap. 13. 47. in discursu, ideo ex hac ratione dicit ipse Lancel. d. 2. p. c. 20. n. 30. & 14. probabilem esse opinionem Francif. Mar. quæ quidem ratio nullo modo unquam quomodocumque varietur recursum ad Regem, potest adaptari in hac extrajudiciali omnimoda protectione, & cognitione per viam violentiæ, & ut supra, cap. 2. latius probavimus, intimato ordinariæ non est citatio, sed simplex quædam monitio, quæ fieri potest licitè à

judice quodlibet, carente aliis jurisdictione, sed respectu moniti, & certiorati incapace; quare cum hæc extrajudicialis cognitio remaneat semper in meris terminis nudi recursus extrajudicialis, non potest adaptari limitatio casu, quo ipsa sine scrupulo vera dici possit.

49 Minus etiam obstat quintum de relatione ad Principem pendente, quia ista processus remissio, nec quadrat, nec potest convenire aliquo modo naturæ, & qualitati relationis, quam iudex inferior facit Principi, prout latè videre est ex eodem Lancel. d. 2. part. cap. 8. à princ. deinde quia d. relatio, de qua ibi loquitur, respicit merita, & essentiam; seu substantiam causæ principalis, cujus judicialis, atque jurisdictionalis determinatio expectatur à Rege, & ideo nihil mirum, ut suspendit jurisdictionem inferioris, interim dum illa causa iterum remittitur, aut resolutio expectatur, quod quantum à nostro recursum distet, nemo est, qui non videat; imò ulterius habemus legem Regiam expressam P. titulo 14. libro 4. recopilation. ubi disponitur, quod quando Princeps mandat iudici inferiori, aut tribunali, ut illi mittat relationem super statu alicujus negotii, non propterea debet, in eo supersedere, nisi forte aliquando ipse Princeps supersedere mandet simul.

51 Quibus suppositis, audiendus non erit Ceval. dum contrariam partem aucter, ac temerè sectatur, quia loquitur contra omnia juridica principia, & notissimam omnium tribunalium supremorum praxim, ac propterea communi Senatorum, & Advocatorum calculo reprehenditur quotidie, fundatur enim in falsa opinione, tenente, recursum suspendere, quia ut vidisti, non est vera, & adhuc dato casu, quod vera foret, nihilominus ex ea non potuisset inferri ad recursum Regium, de quo loquimur, quia longè absumilis est, quoniam querela fundatur in errore partium, & circumventionem adversarii. Greg. Tholos. tractatu de appellat. quest. 19. rem. 3. sub numero 34. hic noster fundatur in sola violentia, & vi oppressionis iudicis (ut sæpè dictum est) ille recursus, & querela revidetur 53 etiam ex novis actis, & noviter repertis, ac novis productionibus, Gregor. Tholos. ubi proxime, nu. 11. & Scacia sub d. num. 34. at noster recursus & querela ex eorundem actorum inspectione dumtaxat nullo modo aliis admittis detegitur, ut probat l. 36. titulo 5. libro 2. recopilat. & nos latè probavimus supra, 54 ap. 2. Deinde ille recursus licet sit à principio extrajudicialis, tamen in ejus cognitione, sequuta (ut requiritur citatione, efficitur judicialis; & litis pendentia, ut nuper in responsione ad quartum argumentum, n. 45. post Fran. Mar. Lancelotum, & alios diximus: at noster recursus à sui principio usque ad ejus finem nihil judicialitatis recipit, nec recipere potest, sed in eo proceditur absque spe illam in minimo recipiendi, ut sæpè suo loco diximus, ille recursus, & querela provenit ex potentia meræ, & supremæ jurisdictionis, ut manifestè apparet ex Doctoribus de illo tractantibus, quos citavimus hæctenus: at iste noster ex sola potestate politica, & œconomica, & etiam charitativa absque vestigio, seu umbra jurisdictionis, quam rei qualitas, & subjecta materia nullo modo 56 patitur: item an ille recursus ad appellandum intra terminum datum est proponendus, si credimus ingenti Doctorum catervæ, quos congerit Lancelot. de attentat. 2. parte, cap. 19. num. 11. (quem tamen pro resolutione vide à nu. 24. & 25. & vide etiam Scacia ubi supra, sub nu. 27. versiculo subdelecta primo, & num. 28. at noster recursus nullo termino aut tempore circumscriptus reperitur. Ex quibus omnibus clarè patet, quòd quando fortè verum foret, recursum ad Principem habere effectum suspensivum, tamen ex rationis disparitate non potuisset; de illo ad nostrum

argui, à contrario autem, scilicet; retenta veriori opinione negativa, quæ habet carere suspensivo, rectè procedit argumentatio de illo ad nostrum, per argumentum à fortiori, quo nos usi fuimus superius.

Et notandum est, quòd ipsemet Cevalus contra-57 rium firmavit in tractatu de cogni. per viam viol. gl. 15. num. 1. fol. 97. ubi loquendo de via executiva, ut iudex licetè potest in ea procedere, in hæc inquit: Tunc non est reponendum, quod executioni traditum est, imò non obstante appellatione, & invocatione auxilii regalis; iudex Ecclesiasticus licetè procedit in causa, &c. Ecce igitur manifestè sentire, quòd recursum pendente ad Regem processum non fieri nullam, & attentatum ex hoc capite, sed pendere ex natura, & qualitate appellationis principalis, quæ si careat suspensivo, ille etiam gestus recursum pendente, licitus, & non reponendus, prout superius resolvimus: nam si ex capite pendentis recursum Regii fuisset attentatus, & nullus, nullo modo potuisset validus reddi, nec reviviscere, ut supra probavi.

Quoad secundam partem nostri capituli, scilicet; 58 an pendente recursum ad Regem suspendantur, vel currant termini, parti, vel partibus assignati ad aliquem articulum à iure, seu à iudice: & licet hinc inde plurima possem conferre, breviter tamen dicendum arbitror, terminos non currere. Finge, receptæ sunt partes ad probandum cum certo termino assignato, una pars vel appellavit à sententia probationis receptæ, vel interim in discursu apposuit contra testem legitimam objectionem, & à non admisione, vel ab admisione ex adverso fuit appellatum; vel quis fuit vigore instrumenti executus, cui intimatus fuit decem dierum terminus, interim ob aliquam causam appellans, & iis casibus, & aliis similibus ad Senatuum Regium recurritur per viam violentiæ interim dum in Senatu disceptatur, & cognoscitur de qualitate appellationis, suspenduntur dicti termini; quia processus originalis defectu impeditur ejus cursus, & partes occupati sunt, & impediti, dum assistunt in disceptatione articuli violentiæ in Senatu Regio: quare illis non debet obesse terminorum cursus. Primò 59 quoniam dum super aliqua re disceptatur, ut ipsa disceptatione pendente terminus non currit partibus, nec etiam iudici: ita eleganter in pulchro casu obtinuisse testatur Joan. Bapt. Gener. B. in tractatu de arbit. lib. 33. cap. 2. n. 8. & 9. latè prosequitur Lancel. de attentat. 2. part. cap. 11. ampliat. 29. à num. 4. & supra, qui in nu. 6. & in 3. part. cap. 30. in privileg. 10. firmat fatalia non currere appellanti, donec disceptatur, an appellatio sit nulla, post Paul. Castren. conf. 231. visis actis, n. 2. lib. 1. Jaf. in l. contra majores, Cod. de inoffic. testam. & in cap. ex ratione, de appellat. & post Bald. in l. 1. Cod. si penden. appellat. mors intero. in fin. tradit Bartol. Socinus in consilio 122. præstantissimè, n. 4. lib. 1. quia legitimum reputatur impedimentum; ergo hic dum disceptatur coram Principe de legitimitate, & potentia, seu effectibus appellationis, debet suspendi terminus.

Cui convenit, quod dicit Montab. in l. 13. titulo 10. 61 lib. 3. fori, quem referens sequitur Cifuent. in lib. 70. Tauri, & per eos Mieres in tract. de major. 3. part. questio 26. num. 60. in noviori impressione; quòd novem dierum termini, qui dantur ad retrahendam rem venditam, non currunt, durante disceptatione super ipsa re, & ejus venditione.

Pro quo fortius urget, quòd quando condemnatus 62 usus est remedio nullitatis, interim dum de ipsa disceptatur non currunt ei decem dies ad appellandum, etiam si in nullitate succumbat, Cynus in l. contra majores 16. num. Cod. de inoffic. testam. Franc. in cap. dilecto 63. quest. 6. num. 11. de appellat. Hippolyt. de Marfil.

Marfil. sing. 151. succumbens, quem referens sequitur Thom. Follan. consil. 10. instantis, n. 8. & 10. & adversus Guid. Papæ, & Lancelot. hanc sequitur opinionem Scaccia de appellat. quest. 12. n. 169. & iterum quest. 15. sub num. 91. & 98. & num. 95. post Joan. de Amicis consil. 6. sac. Regio, à numero 29. cum sequentibus, & sub num. 35. ubi de communi omnium consensu procedere; ubi nullitas provenit ex attentatis. Igitur idem 63 dicendum venit in nostro casu, quòd dum pendet remedium, & cognitio violentiæ quo aliquis oppressus usus est; non debet currere terminus; nec aliquod partibus præjudicium generare. Et hinc etiam provenit; quòd quando duæ dilationes ex diversis causis, seu actionibus procedunt, una alteram non confundit, sed successivè prodest, una post alteram finitam, latè prosequitur Tiraquell. de retrah. conventio. §. 1. gloss. 1. & unica, gloss. 18. cum sequentibus, & iterum à num. 61. cum multis sequentibus, de quo nos alibi diximus latius in materia excessus.

65 Hinc est ut impedito agere, non currat tempus, l. 1. §. fin. ff. de annal. except. l. ut perfecti, C. de annal. exceptio. Jafon. in l. contra majores, num. 6. Cod. de inoffic. testam. Riminal. consil. 21. numero 29. libr. 1. Decius consil. 358. column. penult. Cravet. consil. 271. libro 1. Menoch. consil. 38. numero 35. volum. 1. Bert. quest. 2. mi 40. & 65. Bard. de temp. nil. & contra. cap. 7. & 8. cum seqq. Joan. de Lignan. de censur. Ecclesiast. §. 14. numero 17. ex quo inferunt Rom. consil. 433. incipit quoad primum. Felin. in cap. cum dilecto, colum. 21. versiculo limita 7. num. 13. de rescript. Rip. tractat. de peste 3. part. quest. 6. Hierony. Prævid. in tractatu de pest. versiculo vidimus, numero 2. Call. decis. 1. de dilat. & super regul. Cancel. decis. 22. Sarm. de publicat. quest. 3. num. 2. Rebuff. in ead. regul. Marfil. in l. 1. §. propterea, num. 131. ff. de questio. Moder. Florent. de fortuit. casib. part. 2. quest. 6. Cardin. Paris. consil. 143. volum. 1. volum. 4. Navarr. consil. 3. num. 3. de renunt. Caputaq. decis. 73. part. 2. Flami Paris. de signa. lib. 11. tom. 2. quest. 13. à num. 1. & numero 33. qui loquuntur de impedimento, quòd suspendit tempus publicandi resignationem, & ipse 66 Paul. ibi à num. 10. quòd impedito non currit terminus conficiendi inventarium, & quòd impedimentum excusat à pœna, à contumacia, à desertione, à solutione canonis debiti ab epheutea, ab obligatione accedendi ad Concilium sive generale, sive provinciale, & aliis pluribus, ubi latissimè, & dilucidè prosequitur hanc materiam. Hinc est ut propter impedimentum recedatur à forma, Cardin. Paris. consil. 32. 68 num. 11. 14. & 16. & consil. 33. n. 32. 25. & 31. volum. 2. Cravet. consil. 12. volum. 2. Bursat. consil. 74. num. 157. volum. 1. quia non videtur formæ, ac legi contravenire, Jaf. in l. si quis, num. 7. ff. jurisd. omni jud. Egui. Boif. in præct. crimin. civil. de arce. fideiuss. num. 47. Flamin. ubi proxime, num. 3. & 5.

69 Hinc est, quòd impedito ex facto iudicis non currit tempus, Paris. consil. 124. presentis numeri 1. lib. 1. Bald. tractat. de prescriptio in 1. p. 4. p. princip. quest. 6. num. 4. tom. 17. fol. 71. Scaccia de appellat. q. 15. num. 124. & à num. 122. cum sequentibus, ubi plurimos allegat; pluribus etiam citat Flami. Paris. de signa. lib. 11. tom. 2. q. 13. num. 120. & num. 95. & facit ad propositum quòd ipse Flami. num. 131. post Sarm. de publicat. quest. 13. numero 3. Rip. in tract. de pest. in 3. p. q. 6. quòd si literæ detineantur à iudice, & transeat tempus, excusatur à publicatione.

70 Hinc est, ut impedimentum proveniens ex facto Principis excuset, ut restatur Decius in cap. ex ratione, n. 22. versio. secundus casus, Scaccia de appellat. quest. 15. sub num. 124. vers. adverte unum, ad finem: imò etiam violentia excusat, & est causa, ut tempus non currat vim 71 posse, ita post alios Flami. Paris. ubi proxime, à n. 95. cum sequentibus, ubi etiam de impedimento provenientibus Salgado de Protect. Reg.

te ex facto adversarii, quæ omnia optimè conducunt resolutioni nostræ propositæ difficultatis.

Et in nostris terminis, quòd termini, & tempora 72 jure præscripta non currunt propter recursum ad Regem per hanc viam violentiæ, expressè determinavit Rot. Romana in una Longionen. Practimon. 27. Novemb. 1592. coram Phamphilo, quam ad literam refert Nicol. Garc. tract. de benef. 6. p. cap. 4. sub n. 44. fol. 819. in qua postquam latè tractaverit, an lapsus fuerit terminus exequendi exequutoriales quasdam, post medium ita dicitur: Maximè cum taciturnitas fuerit causata ex impedimentis præstitis per Alvarum mediante recursum ad consilium regium, per quod curavit auferri executoriales, &c. quæ mirabilis est ad propositum, & ita etiam declaratum fuit, & practicum in 73 hoc Senatu Gallo Græco, maximè quia hujusmodi impedimentum est notorium, evidens, & manifestum, probatum ex eisdem actis, quibus apparet quantum tempus ipsum duraverit iis, quæ latè prosequitur Flamin. ibi supra, à n. 22. cum seqq. & à n. 119.

Et nullo adjecto fundamento, nec autoritate (multò post scripta) legitimus Ceval. in tractatu de cognitione. per viam violent. gl. 14. num. fin. ad fin. tenentem hanc partem, qui in hoc articulo ita ait: *Los terminos la prueba estan suspensos, durante que el proceso no se vuelve à remitir al Ecclesiastico, y si fuere executiva la causa no corren los diez dias de la opposicion, si no que à de volver à notificar el termino; si el proceso fuere remitido al ordinario sobre algun articulo y assi lo he visto y practicado: quia impedito agere non currit tempus l. 1. §. fin. 74 Cod. de annal. except. & est regula juris dicentis, quòd per me non stat, mihi imputari non debet. Hæc ille in hoc articulo dicit; quantum autem asserit, quòd denuò sit terminus oppositionis intimandus, ita ut de novo incipiat currere, ratione, & fundamento caret, nam terminus suspenditur, & remanet in eo statu, quo supervenit impedimentum, ita ut pars termini jam transacti non renovetur, sed dumtaxat tollitur de medio illud tempus, quò impedimentum duravit: ita Flami. Paris. post alios ubi supra, à num. 227. & seqq. & n. 119. palchre & plenè Roman. consil. 443. quoad primum, in princ. Cal- 55 deri consil. 119. alias 4. de appellat. circa med. vers. & est danda, Gemini. consil. 42. n. 10. vers. impedimentum plurimum comprobationem, Roman. consil. 496. primus, n. 9. & seq. vers. quoad secundum, Cardin. Tusc. præct. concl. litera T. concl. 29. num. 8. & n. 21. tom. 4. & alibi passim per Doctores: aliis enim maxime potuissent oriri & intolerabiles fraudes ad renovandum terminum transactum, quibus locus dandus non est, & nos pro hac opinione plures citamus 2. p. cap. 13. à num. 253. & eam insuper sequuntur Bald. & ejus addit. in auben. clericus, num. 9. cod. de Episcop. & Cleric. Amedæ. de syndico. num. 76. fol. 48. Catal. eadem tract. quest. 75. num. 44. & seqq. fol. 15. Put. eodem tract. verb. instantia syndico. cap. 4. fol. 194. Castell. in l. 64. verb. passador, fol. 192. col. 3. in fin. & ibi Palac. Rub. num. 5. fol. 126. in leg. Taur. Avenda respons. 2. fol. 118. concl. 6. Didac. Perez. in l. 5. tit. 8. lib. 3. ordin. col. 1111. vers. intelligenda, Azeved. in addit. ad Curi. Pisan. lib. 4. cap. 6. n. 87. fol. 103. & in d. l. 7. n. 81. in fin. & seq. tit. 18. lib. 4. recopilat. facit reg. imputari de regul. jur. in 6. & l. 1. & in ff. de eo per quem factum erit.*

Et in terminis quòd quando in via executiva ob im- 76 pedimentum partis non potuit fieri informatio per debitorem, ei non assignetur novus terminus ex integro, sed suppleatur tantum, quantum abstulit impedimentum, probat post nonnullos ex allegatis Bobadilla in polit. lib. 3. c. 8. n. 153.